



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Qvintvs Decretalivm Libri continetvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Schismaticis, & Ordinatis ab eis Tit. VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95280](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95280)

veritatis num. 39. de dolo, & contumacia, Anania hic n. 5. & hanc opinionem veriorum, & receptiorem esse proficitur Anton. Ricciul. de iure person. extra gremium Ecclesie existens. lib. 4. cap. 56. num. 12. ex ea ratione, quia quamvis promissio restringatur ad licita, cap. quanto, & cap. quoniam, de iureiurand. tamen iurisdictionis religio obligat nos ad obseruantiam saltem de facto eo modo, quo seruari potest citra peccatum, cap. debitorum de iureiurand. per depositum autem inducitur obseruantia, saltem per aequipollens, nec requirit communicationem.

De Schismaticis, & Ordinatis ab eis

TIT. VIII.

SYMMARIUM.

- 1 Doctores referuntur super hanc rub. scribentes.
- 2 Schismaticorum materia ubi tractetur, ostenditur.
- 3 Schisma Græca vox, quæ Latine scissuram significat.
- 4 Schisma definitur ut sit diuisio per quam quis se ab unitate Ecclesie separat.
- 5 Schisma in quo differat à crimine hæresis ostenditur.
- 6 Schisma datur quoties temere quis desinit summo Pont. obedi. & secus si data legitima causa.
- 7 Schismaticus quando hereticus formaliter dicendus sit, ostenditur.
- 8 Schismatis ratio consistit in ea inobedientia quæ habet annexam rebellionem in Pontificem ex parte sui officij.

SUPER hanc rub. scripserunt Zabarel, Ioan. And. Aretin. Anchar. Felin. Marin. Socin. Panorm. Butr. Petr. de Rauena compendio iuris Canon. Martin. Mesnart. in epitome Decretal. fol. 181. Daniel. Venator. in analysi methodica iuris Pontificij à pag. 628. Goffred. & Hostiens. in sum. huius tit. Alexand. Cassan. & Anastas. Cernon. in paratitulis ad quinque libros Decretal. Barthol. Carthag. in exposit. titulum iuris Canon. Lancel. in instit. eiusdem iuris. Canis. in sum. eiusdem iuris, nouissime Ioan. Honor. lib. 5. sum. in decretal. omnes sub hoc tit.

- De materia tit. vide Simanch. de catholicis institut. tit. 58. & in enchiridion. tit. de schismat. Bernard. & Salzed. in pract. 115. Vgolin. de irregul. cap. 36. §. 3. & de censuris Papæ reseruatæ part. 2. c. 1. vers. nec non schismaticos, Petr. de Ledesma in summa tom. 2. tract. 3. cap. 12. concl. 3. cum seqq. Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 60. cum seqq. Valent. tom. 3. disp. 3. quest. 15. Azor. institut. moral. part. 1. lib. 8. cap. 20. Sanch. in præcept. Decal. l. 2. c. 36. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 17. cap. 12. num. 111. cum seqq. Anton. de Soula in relect. de censur. Bullæ Cœna cap. 2. disp. 18. Anton. Ricciul. de iure person. extra gremium Ecclesie existentium lib. 9. Sanctarel. in tract. de hæres. cap. 43. Paul. Laymann. in sum. Theologia lib. 2. tract. 3. cap. 11.
- Schisma Græca vox est, quæ latine scissuram significat, c. schisma 27. quest. 1. Diffinitur autem à S. Thom. 2.2. quest. 39. art. 1. ut sit diuisio per quam quis se ab unitate Ecclesie separat in quantum Ecclesia est quoddam corpus mysticum ex vniuersis fidelibus, & Romano Pont. tanquam capite constans, sequuntur & latè explicant Sanch. in præcepta Decalogi tom. 1. l. 2. cap. 36. num. 1. Ricciul. de iure personarum extra gremium Ecclesie existent. lib. 9. cap. 1. ex num. 5. Differt autem schisma essentialiter à crimine hæresis, sicut &

schismaticus ab hæretico, nam schisma in hac materia natura sua solum importat separationem, seu diuisionem temere factam ab Ecclesie unitate, secundum quod non Fidei, sed charitati opponitur, quæ fideles tanquam membra Ecclesie inter se unita reperiuntur respectu Pontificis, cui tanquam Ecclesie capiti tenentur obedire, Extraneag. vnam sanctam, de maiorit. Hostiens. in sum. de schismat. constat ex c. loquitur. cap. alienum 24. quest. 1. cap. vnic. in princ. hoc tit. l. 6. probauitque D. Hieron. in epist. 1. Pauli ad Timoth. c. 3. cuius auctoritas refertur à Gratiano in cap. inter hæresim 24. quest. 3. vnde fit ut omnis hæreticus à fortiori sit schismaticus, dum pertinaciter errans contra Fidem diuidit se ipsum ab Ecclesie unitate, ut S. Thom. & ceteri Doctores agnoscunt.

Dixi schisma dari quoties temere quis desinit summo Pont. obedire, quia secus erit data legitima causa, veluti si ignorantia facti detur circa obedientiam præstandam propter ambiguum de ipso & alio in simul factam electionem, prout contigit tempore Urbani VI. tunc enim cum utrique insimul obediendum non sit, quia Ecclesia non diuiditur, eademque est, & semper fuit, ut ex Cantic. constat ibi, vna est columba mea, perfecta mea, &c. & ex Paulo ad Ephes. cap. 4. vnum corpus, vnus spiritus, vnus Dominus, vna Fides, vnum Baptisma, habetur in cap. hanc regulam 1. quest. 1. d. cap. loquitur 24. q. 1. vnum enim est ouile, & vnus Pastor, ex Ioan. cap. 10. tantum obediendum erit illi, qui verus Pontifex & Christi vicarius declaratus fuerit à Concilio generali, ad quod eo casu recurrendum est, ex text. celebri in cap. si duo forte contra fas 79. dist. vbi gloss. singularis per Abb. in cap. quia diligentia, num. 3. de elect. & in cap. licet de vitanda, eod. tit. Roias de hæres. part. 2. num. 519. Nec schismaticus dicendus erit qui sub tali dubio Pontifici obedientiam denegauerit, arg. text. in cap. factus 7. quest. 1. gloss. verbo qui verò in cap. 1. 24. quest. 1. singularis per Abb. in d. cap. quia diligentia num. 2. tradunt Paul. Griland. de hæres. quest. 2. Ludouic. Gatter. in simili tract. in §. Circa num. 57. Simanch. de Cathol. instit. cap. 58. n. 9. Clar. §. fin. q. 77. eol. pen.

Dixi hoc crimen de se, & natura sua importare hæresim, quia secus erit si sub eadem separatione, seu diuisione ab unitate Ecclesie inuoluatur aliquis error intellectus, veluti si talis putet se iuste facere, tunc enim hæreticus formaliter dicendus erit, arg. text. in Clem. vnic. §. sanè, de vniuersis, iuncta Clem. ad nostram, de hæres. tex. sic intelligendus in cap. 1. hoc tit. vbi de hæresiarichis, & schismaticis insimul fit mentio, resoluit Simanch. vbi sup. num. 4. & in praxi hæresior. c. 5.

Dixi à capite separati, ut intelligamus rationem schismatis non consistere in quacunque Papæ inobedientia (aliàs quandocunque transgredereetur præceptum Ecclesie incideret in schisma) sed in ea inobedientia, quæ habet annexam rebellionem in Pontificem non ex parte rei præceptæ, sed ex parte officij ipsius Pontificis, nempe quando quis recusat subesse Pontifici vti capiti Ecclesie, & sic ratione officij quo fungitur, Valent. 2.2. disp. 3. quest. 15. puncto 1. Vgolin. de censur. Papæ reseruatæ, part. 2. c. 1. vers. nec non schismaticos §. 1. num. 4. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 8. cap. 20. quest. 4. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 36. sub num. 3.

SYMMARIUM.

- 1 Ordinationes, beneficiorum collationes, & ecclesiasticarum rerum alienationes per schismaticos factæ, sunt irritæ, & à dignitate & Ordine suspenduntur qui schisma tenere nunt.
- 2 Schisma

2. Schismatici gesta nullius sunt momenti.
3. Sacramenta à schismatico administrata, an, & quando valida sint, ostenditur.
4. Episcopus schismaticus, excommunicatus, suspensus, vel degradatus conferat Ordinis characterem, sed non eius executionem.
5. Schismatici non sunt irregulares.
6. Schismatici non sunt absolute excommunicati in hoc text. sed solum in Bulla Cœne Domini.
7. Beneficiorum collationes, & dignitates, ac uniones, & privilegia facta à schismaticis nulla sunt.
8. Collatio facta à schismaticis non est irrita, sed irritanda.
9. Suspensi ab Ordinibus & dignitate sunt, qui sponte incrementum præbent de tenendo schismate.

CAP. Quod à prædecessore. I.

Ordinationes factæ à schismaticis, & ab ordinatis ab eis sunt irritæ, & qui acceperunt dignitates Ecclesiasticas, vel beneficia, carent impetratis. Alienationes factæ de rebus Ecclesiæ per schismaticos, vel laicos non valent, & res sine omni onere revertuntur ad Ecclesias, & qui præsumit facere contra prædicta, est excommunicatus: & sponte iurantes de tenendo schismate, sunt suspensi à sacris Ordinibus, & dignitatibus. Colligunt ex Ordin. Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Butr. Anch. Panorm. Felin. Marin. Socin. Viuian. in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 110. Alagona in compendio iuris Canonici pag. 662. remissive Ximen. in concord. part. 1. & 2. delimitur ex Concil. Lateranen. sub Alexand. III. cap. 2. & refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 7. cap. 2.

2. Ordinationes ab Octaviano, &c.] Notatur ad hoc, quod gesta per Schismaticos regulariter nullius sunt momenti, veluti in casu, in quo actus est gestus extra formam Ecclesiæ, tunc enim esset omnino nullus, siue sit Sacramentum, quod ultra gratiam nullam executionem desiderat, siue Sacramentum, quod ultra gratiam requirit executionem, quia quicquid geritur contra formam Ecclesiæ nullum est, ita gloss. hic verbo irritas, & Abb. sub num. 4. Anania num. 2. & Socin. n. 6. Triumph. de potest. Papa quest. 2. art. 3. in respons. ad 3. quos refert, & sequitur Ricciul. de iure person. lib. 9. cap. 3. num. 3. ubi num. 5. declarat, ut procedat in schismatico existente extra communionem Ecclesiæ, & num. 7. etiam declarat, quod quando Sacramentum administratur à schismatico secundum formam Ecclesiæ, eo quia intendit facere, quod facit Ecclesia, tunc siquidem versamur in Sacramentis, quæ ultra gratiam, aliam executionem non expectant, propterea sunt confessio Corporis Christi, Baptismus, & unctio sacra, tunc tenet, quamvis recipientes ab eis peccent mortaliter, nisi in casibus à iure permissis. Si verò versetur in Sacramentis, quæ ultra gratiam, desiderant executionem, propterea est sacramentum Ordinis, tunc respectu characteris valet, quia cum illud sit impressum in anima etiam à schismaticis confertur, ut docet gloss. in presenti. in d. verbo irritas, & ibi Abb. Respectu autem executionis non confertur nisi Sacramentum fuerit receptum ex ignorantia probabili: hæc tamen ignorantia tandiu suffragatur quandiu durat probabilitas. Postquam autem res erit patefacta, requiritur dispensatio. Hæc Anton. Ricciul. loco proxime citato. Quod autem quilibet Episcopus schismaticus excommunicatus, suspensus, vel degradatus conferat Ordinis characterem, sed non eius executionem, per hunc text. tenent Couar. in cap. alma mater p. 1. §. 6. n. 6. Azor. in st. moral. p. 2. lib. 3. c. 48. q. 7.

Cum text. in presenti solas Ordinum collationes à schismaticis factas, irritas reddat quoad vltum Ordinum in recipientes scienter, & nullam irregularitatem imponat, nec in iure imposita reperitur, dicendum est schismaticos non esse irregulares, propterea expellunt Soar. de censur. tom. 5. disp. 23. sect. 2. num. 7. Sanctat. d. tract. de heresi cap. 43. num. 13. Sanctat. præcep. Decalog. lib. 2. cap. 36. num. 20. Sayr. de censur. lib. 7. cap. 12. num. 16. vers. tertio, iuncto vers. primo ubi de heresi, qui bene addit existente schismate notorio, hos fore irregulares irregularitate generali, quæ ex quouis crimine notorio, digno de positione oritur, quæ cessat ablata infamia per contrariam penitentiam. Licet schismaticos irregularitatem incurere minus bene defendant Clar. in §. fin. quest. 77. num. 17. Peña in d. Inquisit. part. 2. quest. 48. comment. 73. vers. cognita dignum est. Azor. in st. moral. part. 1. lib. 8. cap. 20. q. 1.

Sic etiam nec huiusmodi schismatici videntur absoluti, & in vniuersum excommunicati in hoc text. ut aduertunt Soar. d. disp. 23. sect. 3. num. 7. & a num. 4. Nicol. Garcia de benef. part. 1. c. 10. §. 1. num. 117. sed solum in Bulla Cœne Domini casu 1. excommunicantur absolute ut per Azor. d. c. 20. quest. 5. Soar. d. tom. 5. disp. 21. sect. 2. a num. 12. Petr. de Ledesma summa part. 2. tract. 3. c. 12. concl. 10. Acosta de Antidoto ad Bullam Cruciatæ quest. 64. Anton. de Sousa in tract. de censuris Bullæ Cœne cap. 2. disp. 18. Sanctat. d. cap. 43. num. 8.

Sen beneficia per dictos schismaticos, &c.] Notatur ad hoc quod collationes beneficiorum, & dignitatum factæ à schismatico nullæ sunt, ut per Corral de benef. part. 3. cap. ult. num. 19. Nicol. Garcia d. c. 10. num. 159. Anton. Ricciul. lib. 9. cap. 4. num. 4. Sanctat. d. c. 43. num. 11. Et pari ratione nullæ reputantur uniones, ut fuit resolutum in Valentina unionis 2. Iunij 1606. coram Reuerendissimo D. Coccino Rotæ Decano, Sicut etiam nullum reputatur privilegium, Scraph. decis. 612.

Caveat.] Notatur ad hoc, quod collatio facta à schismaticis non est irrita, sed irritanda, ut per Soar. d. disp. 23. sect. 3. num. 4. quem refert, & sequitur Sanctat. d. cap. 36. num. 20. sed verbum hoc latam sententiam continere tenet Sayr. in clauis Regiæ lib. 3. cap. 8. n. 26. Illos vero qui sponte, &c.] Notatur ad hoc, quod suspensi ab Ordinibus, & dignitate sunt, qui sponte incrementum præbent de tenendo schismate, ut per Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 3. tract. 2. num. 74. vers. est item.

SYM MARIUM.

1. Ordinatus à schismatico ab officio est repellendus nisi probet secum dispensatum per habentem potestatem.
2. Dilectio, incunctanter, omnem dilationem, & causam temporis spatium excludit.
3. Dispensandi facultatem habens promouendus in aliam adhibita causa cognitione præsumitur cum ea dispensare.
4. Schismatici etiam post peractam penitentiam inhabiles sunt ad Ecclesiasticæ beneficia obtinenda absque dispensatione.

CAP. Fraternitati. II. & fin.

Innoc. III.

Ordinatus à schismatico est statim repellendus ab officio, nisi legitime probet secum fuisse dispensatum ab habente auctoritatem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr.

De Apostatis, & reiterantib. baptis. Tit. IX 85

Andr. Anania, Host. Butr. Anch. Panor. Felin. Mar. Socin. Viuian. in *rationali* lib. 5. *iuris Pontif* pag. 110. Alagona in *compendio iuris Canon.* pag. 962. item siue Ximen. in *concord.* p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 3. *Decret.* lib. 5. tit. 5. cap. vltis.

Incunctanter. Notatur ad hoc, quod dictio hæc omnem dilationem, & omne temporis spatium excludit, ad pœnæ executionem laram sententiam continere censetur, vt per Sayr. in *clau. Regia* lib. 3. c. 8. n. 27.

In glos. *Dispensatum.* Notatur ad hoc, quod habens dispensandi facultatem promouendo inhabilem adhibita causâ cognitione, præsumitur cum eo dispensare, vt per Menoch. de *presumpt.* lib. 2. *presumpt.* 20. num. 25. Maldard. de *probat. concl.* 1239. num. 16. Hentig. in *summa* lib. 13. de *excommunicat.* c. 13. num. 3. Azor. institut. *moral.* part. 1. l. 5. §. 1. *quest. vlt.* Fr. Emmanuel. *quest. regul.* tom. 2. *quest.* 46. art. 1. optimè Sanch. de *matrimon.* lib. 8. disp. 4. num. 15. vbi num. 17. dicit sibi magis placere opinionem asserentem censeri tunc etiam Principem inferiorem dispensare, quamvis causâ cognitionem non præmittat, Jaré & eleganter Illustrissimus D. meus Roderic. à Cunha post primam huius libri impressionem à me vifus, in *comment. ad cap. si quilibet* 16. ex num. 5. dist. 54.

In glos. *Potestatem.* ibi, conuersus ad unitatem Ecclesie, &c. Schismatici igitur etiam post peractam pœnitentiam inhabiles sunt ad beneficia Ecclesiastica obtinenda absque dispensatione, de quo vide Rebuff. in *praxi* tit. de *modis amittendi beneficia* num. 29. Peña in *direct.* *Inquisit.* part. 2. *quest.* 48. *comment.* 73. Vgolin. de *irregul.* cap. 36. §. 3. num. 7. Soar. tom. 4. de *cenfur.* disp. 43. sect. 2. num. 7. Azor. d. part. 1. l. 8. cap. 20. *quest.* 8. Sanchez in *præcep.* Decal. lib. 2. c. 36. n. 18. Sanct. rel. in *tract.* de *heresi* cap. 43. num. 12. Nicol. Garcia de *benef.* part. 1. l. 1. cap. 10. §. 1. num. 161. vbi à num. 163. tenet, quod requiritur dispensatio Papæ, nisi delictum esset occultum schismatis, quia in eo poterit Episcopus dispensare virtute Trident. sess. 24. c. 5. de *reformat.* prout resoluit Sanchez de c. 36. n. 18. vbi num. 19. tenet pœnam illam priuationis ipso iure beneficiorum ante schisma adeptorum, tanquam fundamento destitutum non esse admittendam licet contrarium tueantur Rebuff. d. n. 29. & Flamin. de *resignat.* lib. 3. g. 1. num. 36.

fin. *quest.* 78. num. 4. Affl. in *confit.* Neapolit. lib. 1. rubr. 3. & seg. direct. *Inquisit.* part. 2. *quest.* 49. vbi Peña in *comment.* 74. Menoch. de *arbitr.* casu 421. & casu 546. Male uid. de *probat. conclus.* 112. Vgol. de *cenfur.* Bulla *Cena* lib. 2. cap. 1. vers. & à *Christiana Fide Apostatas* & de *irreg.* cap. 36. §. 4. Decian. in *tract. crimin.* lib. 5. cap. 70. cum segq. Petrus de *Ledesma* in *summa* part. 2. *tractat.* 1. cap. 7. Valent. tom. 3. disp. 1. *quest.* 12. Soar. tom. 5. de *cenfur.* disp. 43. sect. 1. num. 1 & 2. Surd. de *aliment.* tit. 8. priuileg. 68. Perez ad tit. 4. vers. *queritur* 19. lib. 8. *Ordin.* part. 1. §. 5. Turrian. de *Fide* disp. 57. dubiat 1. Cardof. in *praxi iudicium*, & *aduocatum*, verbo *apostasia*, Card. Tusch. tom. 1. lit. A. *conclus.* 424. & segq. Azor. institut. *moral.* part. 1. lib. 8. cap. 21. Farinac. *fragmen. crimin.* parte 1. lit. A. numero 235. Sanch. in *præcepta Decalog.* lib. 2. cap. 7. Valer. Reginald. in *praxi fori penit.* lib. 17. *tractat.* 1. e. 5. à n. 72. Anton. Ricciol. de *iure person.* extra *gremium Ecclesie existentium* l. 6. de *apostatis Fidei*, Sanctarclan *tract. de heresi* c. 2.

De Apostatis à religione, vide Bonacof. *commun. crimin.* part. 2. verbo *apostata* fol. 4. & 5. Azor. d. part. 1. lib. 12. c. 16. Prosper de August. in *addit. ad Steph. Quarentam* verbo *apostata*, Fr. Emmanuel. *quest. regul.* tom. 1. *quest.* 30. Alder. de *religiosa disciplina* tuenda l. 2. c. 16. Ludovic. Miranda in *manuali Pralat.* tom. 1. *quest.* 41. Anton. Ricciol. d. *tract. de iure pers.* l. 8. de *apostatis à statu Religiosis regularis*, Sanch. in *præcepta Decalogi* tom. 2. lib. 6. c. 8.

S V M M A R I V M.

- 1 Compendium huius texti refertur.
- 2 Clericus, vt priuilegio fori priuetur eo quod se enormitatibus immiscuit, requiritur quod incedat sine habitu, & tonsura.
- 3 Clericus, vt dicatur se in enormitatibus immisceri ad hoc vt priuetur priuilegio fori, & beneficio, non sufficit vnum delictum, sed plura requiruntur.
- 4 Comprehensus in enormitatibus quando quis dicatur offendi.
- 5 Apostasia triplex species.
- 6 Apostata dicitur, idest, retro stans.

CAP. Præterea I. Alex. III.

Clerici, qui relicto ordine clericali, & habitu suo ita tanquam laici conuersantur in Apostasia, si in crimine comprehensi teneantur per censuram Ecclesiasticam non liberantur. Colligunt ex *Ordinar.* Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Host. Butr. Anchor. Panor. Mar. Socin. Viuian. in *rationali* lib. 5. *iuris Pontif.* pag. 112. Alagona in *compend. iuris Canon.* pag. 664. remissimè Ximen. in *concord.* p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. *Decretal.* lib. 5. tit. 8. c. 2. & est post Concl. Lateran. p. 26. c. 16.

Relicto Ordine clericali, & habitu. Ergo clericus, vt priuilegio fori priuetur, eo quod se enormitatibus immiscuit requiritur quod incedat sine habitu, & tonsura, vt per hunc text. tenent Bos. sub tit. de *foro competent.* ti n. 154. Clar. in §. *fin.* q. 36. vers. *ceterum*, Roland. *conf.* 4. n. 2. vol. 1. Farinac. in *praxi crimin.* p. 1. q. 8. num. 56. Diana *resol. moral.* p. 1. *tract.* 2. *resol.* 23.

Si in criminibus. Ergo ad priuandum clericum priuilegio fori & beneficio, ad hoc, vt dicatur se in enormitatibus immisceri, non sufficit vnum delictum, sed plura requiruntur. Con. in *pract.* c. 32. n. 2. vers. *tertio*, Capyc. *decis.* 61. n. 1. Roland. d. *conf.* 4. num. 32. Alex. de Neuo. *conf.* 59. n. 20. & 2. Cabal. *resolur. crimin.* casu 60. n. 17. me citato Diana d. *resol.* 23.

H Compr

De Apostatis, & reiterantibus Baptisma.

TIT. IX.

SUPER hanc rubr. scripserunt Zab. Ioan. Andr. Anch. Butr. Panor. Mar. Socin. Guillem. Durand. in *breuiario aureo iuris Canonici*, fol. 239. Petr. de Raucenna in *compend. iuris Canon.* Ioan. de Londris in *breuiario sanctorum Canonum* fol. 181. Martin. Melhart. in *epitome Decretal.* fol. 181. Dan. Venator. in *analyt.* *methodica iuris Pontif.* pag. 630. Goffred. & Host. in *summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anast. Geron in *paratilis* ad quinque libros *Decret.* Barthol. Carthag. in *exposit. iurulorum iuris Canon.* Zypæ. in *analytica postremi iuris ecclesiastici enarrat.* pag. 391. omnes sub hoc tit.

De Apostatis à Fide, ac eorum pœnis vide Simanch. de *Catholicis*, tit. 7. & in *ench.* tit. 4. Bernard. & Salzed. in *pract.* cap. 114 in nouissima impressione, Albert. Trot. de *vero*, & *perfecto clerico* par. 1. l. 2. c. 30. Castr. de *instita hereticorum* puni. lib. 1. c. 7. & 23. Clar. lib. 5. §. Barbof. Collect. Tom. III.